

tumcunque, etiam Infirmorum, Confessiones audire, absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia; de qua tamen Confessione tenentur dicti Religiosi eorumdem Infirmorum Parochum illico certiorum reddere; & hoc potest illis ab Episcopo sub pena suspensionis à facultate audiendi Confessiones præcipi, sufficit tamen, ut certioratio huiusmodi fiat saltem per Scripturam apud ipsum Infirmum relinquendam: Et ii, qui dictis Religiosis simpliciter approbati Paschali tempore confessi fuerint, Constitutioni, quæ incipit *Omnis virique sexus*, quoad Confessionem dumtaxat satisfecisse cenendi sunt. *Clemens X. apud eosd. ibidem.*

1670. 21. Jun. — Regulares ad eulmodi Confessiones audiendas prævio examine, simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipso Episcopo, seu autem si ab eius Vicario, aut ab antecessoribus Episcopis approbati, non possunt ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem Confessionibus audiendis suspendi, seu licentiæ illis concessæ revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat, de qua tamen haud necessarium est, ut in actis constet, nec eam tenetur Episcopus ipsis Regularibus significare, sed Sedi Apostolicæ dumtaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit. *Clemens X. apud eosdem, ibidem.*

1670. 21. Jun. — Si Regulares cum scandalo, aut aliâ inhonestè vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi iudicio videatur à Confessionibus suspendendi (in quo ipsius conscientia oneratur) cum præcipua Ministri Sacramenti Pœnitentiæ qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas, utique ea causa ad Confessionis ministerium pertinet, ac proinde nihil obstat, quinominus ob eam possit Episcopus Regulares à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à Confessionibus audiendis: Attamen Confessiones

au-

audiendi facultas omnibus unius Conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, nullatenus potest. *Clemens X. apud eosdem, ibidem.*

1670. 21. Jun. — Ex facultatibus per Mare Magnum, aliave Privilegia Regularibus cuiuscunque Ordinis, Instituti, aut Societatis, etiam Jesu concessis, facta eis non est potestas absolvendi in Casibus ab Episcopo sibi reservatis: Et per confirmationes dictorum Privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revivere Privilegia, prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si quæ habeant, absolvendi à Casibus Episcopo reservatis: Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideo à Casibus Episcopo reservatis possunt absolvere: Potest autem Regularis Confessor in eâ Diocesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diocesi à peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eosdem Pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diocesim pro Absolutione obtinenda migrasse. *Clemens X. apud eosdem, ibidem.*

1670. 21. Jun. — Vigore supradictorum Privilegiorum nequaquam licet Regularibus, etiam satisfacta parte, absolvere Pœnitentes à Censuris quoad externum, & iudiciale forum, & absoluti ab eis in foro penitentiali, utique non cenentur absoluti in exteriori iudicio, & contentioso: quinimò Censuris Ecclesiasticis irretiti, & denunciati, ab Episcopis cogi possunt, gerere se pro talibus, etiam si à Regularibus fuerint absoluti; quociens exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis Privilegiis coram Episcopo, ab eo iudicetur ipsa non suffragari casui, de quo agitur. Si autem dictorum Privilegiorum verba obscura sint, & ambigua, non est ad Metropolitanum recurrendum, sed cum

eius

eius sit interpretari, cuius est condere, dictorum Privilegiorum interpretatio Sedis Apostolicæ iudicio, prout aliàs Constitutione Clementis Quarti statutum est, erit faciendâ. *Clemens X. apud eoldem, ibidem.*

1671. 4. Maii. — Attenta paupertate Excommunicatorum ex causâ violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ, permittitur, ut absolvantur ab Episcopo, sed imposta aliqua elemolyina eroganda Ecclesiæ violatæ, & valde gravi penitentia salutari. *Congreg. Immunit. in Neocastren. apud Riccium in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb. Paupertas, num. 2.*
1671. 29. Aug. — Auditor Camera non habet facultatem absolvendî à Censuris in causis violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ, nec cum reincidentia, defectu Jurisdictionis, & ideo Episcopi non debent attendere ejus inhibitiones, sed debent procedere ad ulteriora. *Congregat. Immunit. in Neapolitana, apud Pascucc. in Compend. ad Consult. Canon. lac. Pignatell. par. 1. tit. de Censuris Ecclesiasticis, pag. mibi 146.*
1671. 2. Oct. — Excommunicationis latæ sententiæ penam ipso facto absque alia declaratione incurrit Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum, ad Personas extra dictum Ordinem recurrentes pro obtinendis ejusdem Ordinis dignitatibus, officiis, vel muneribus. *Clemens X. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 46. quæ incipit Ex injuncto. §. 1.*
1672. 27. Maji. — Confessarius Cardinalis, ac scriptor Codicilli ab ipso Cardinali facti, quia unicus Testis, quamvis natalibus, ac dignitate conspicuus, ac omni personali exceptione major, non probat sufficienter voluntatem revocandi, seu redintegrationem legati. *Rota in Afulana Emphyteusis coram Priolo, apud Pascucc. in Compend. ad Consult. Canon. lac. Pignatell. par. 2. tit. de Legatis piis, pag. mibi 11.*
1672. 21. Jun. — Absoluti ex causâ violatæ Im-

mu-

munitatis Ecclesiasticæ vigore Bullæ Cruciatæ non habentur pro benè absolutis. *Congregat. Immunit. in Casertina, apud Riccium in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb. Absolutio, num. 11.*

1672. 5. Oct. — Licet Parochi curare debeant, ne Sponsi contrahere volentes, in peccato mortali ad Matrimonii Sacramentum accedant, & ob id Peccatorem publicum, aut occultum Matrimonium contrahere volentem admonere de necessitate Confessionis, aut Contritionis, si tamen aliquis ex Sponsis id facere recuset, vel quia dicat se esse contritum, vel quia contri non sit, non ob id illis impedire valent, ne Matrimonium celebrent, & illorum Matrimonio ipsi validè, & sine peccato assistunt, ut post alios latè docet Bossi. de contract. Matrim. cap. 1. §. sub num. 2. vers. quo facto, & n. 5. ac per tot. apud Rot. in Rom. præsentia Immissionis coram Marcello Severolo, decis. recent. par. 14. dec. 535. num. 52. & 53. ubi num. 54. dictum fuit, quod si Parochus non servata dispositione Decreti Conciliaris, nempe, non præmissâ diligentia, & obtentâ Ordinarii licentiâ vagum in Matrimonium conjunxerit, licet ipse Parochus peccet mortaliter, non per hoc Matrimonium erit invalidum, ut post Veracruz, Henriquez, Petr. de Ledesma, & alios, latè probant Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 25. num. 6. & 17. Guttier. in simili tract. cap. 6. §. 5. num. 15. & cap. 67. num. 2. Perez in id. de Matrim. disp. 40. sect. 8. num. 9. Molphes in Sum. Theol. Mor. tract. 4. cap. 6. num. 5. Homob. de Bonis de exam. Eccles. tract. 11. cap. 10. quest. 33. resoluc. 1. & 2. Barbosa de Episc. alleg. 32. n. 74. & iterum de potest. Parochi. cap. 21. num. 89.
1673. 20. Apr. — Violatores immunitatis, libertatis, & jurisdictionis Ecclesiasticæ non possunt absolvi vigore Jubilæi ab Excommunicatione, inquam declarati fuerunt incurri, sed debent omnino pro obtinenda Absolutione, satisfactâ parte, recurrere ad Sacram *Congregat. Immunit. apud Pasc.*

10

- in *Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par. 1. tit. de Immunitate Ecclesiastica, pag. mihi 370. ubi quod poterunt igitur Confessarii, qui secus sentiebant, se conformare menti Sedis Apostolicæ, & abique eo quod amplius laborent in interpretatione Bullæ Jubilæi cum periculo Animarum.*
1673. 3. Jul. — Qualitibus majoribus præmunitus dicitur, qui jura Parochialia exercuit, Confessiones audivit, & Sacramenta administravit, juxta text. in cap. nullus, cap. obitum 16. distinct. cap. cum inter, ubi Gloss. in verb. aliam, & ibi Canonista, de elect. apud Rotam, decis. recent. par. 18. tom. 1. decis. 164. num. 5.
1674. 14. Apr. — Episcopus pro Decreto Absolutionis Censurarum incurtarum ob læsam immunitatem, seu libertatem Ecclesiasticam interponendo vigore facultatis sibi à Sacra Congregatione delegata nihil accipere debet, salvo tamen quod debetur pro reintegracione immunitatis, ac pro actus Curie ejusdem Episcopi. *Congregat. Immunit. in Majoricen. apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 1. form. 6. num. 17.*
1674. 3. Jul. — Absolutio à Censuris incurfis vigore Can. si quis suadente, non spectat ad Sacram *Congregat. Immunit. in Feretrana, apud Riccium in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb. Absolutio num. 20.*
1675. 22. Jun. — Sacerdos excommunicatus, qui attentat ejus paupertate est inhabilis nedum ad satisfaciendum parti, sed etiam ad præstandam cautionem, antequam absolvatur, præter obligationem in forma de satisfaciendo infra terminum assignandum ab Episcopo. *Congregat. Immunit. in Vulturarien. apud eund. ibid. verb. Paupertas, num. 3.* ¶ Notandum primò, quod invalidè absolvit Confessarius excommunicatus, loquendo de Excommunicatione per nominatam denunciationem, aut propter Clerici publicam percussionem, Tamarin. in *Opuscul. de Confess. lib. 2. cap. 10. num. 50.*

apud

- apud Biffum in *Hierurg. tom. 2. list. N. num. 49. S. 1.*
- ¶ Notandum secundo, quod si Confessarius exerceat munus suum in peccato mortali, peccat quidem graviter peccato Sacrilegii, sed non est malus Confessarius, quia non abutitur suo officio in damnum Pœnitentium, sicuti si latro fieret Judex, esset malus in se, sed non malus Judex, quando judicaret secundum leges, ut ait Campioni in *Instruct. pro Confessar. par. 1. cap. 2. numer. 1.* licet enim Episcopus, & Sacerdos sint in peccato mortali, habent potestatem absolvendi, Concil. Trident. sess. 14. cap. 38.
1675. 27. Aug. — Absolutio data vigore Bullæ Anni Sancti per Confessarium, à Censuris incurfis ex causa violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ, non suffragatur in foro exteriori. *Congr. Immunit. in Vicana, apud Riccium in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb. Absolutio, num. 12.*
1675. 13. Sept. — Controveniens Edicto Episcopi in materia Clausuræ Monialium non potest ab Excommunicatione inflicta, & Episcopo edicenti reservata absolvi à Metropolitanò, vel à quocunque alio Episcopo. *Congregat. Concil. in Bituntina, apud Palsucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par. 1. tit. de Censuris Ecclesiasticis, pag. mihi 163. ubi etiam quod Metropolitanus non potest ad suum arbitrium ab Episcopis suis suffraganeis, aut eorum Vicariis excommunicatis absolvere, nisi cognito de appellatione, & vocatis partibus per text. in cap. Romana, & in cap. Venerabilis, de sent. excomm. in 6. nec possunt alii Episcopi, quia qui Excommunicationis, aut alterius Censuræ sententiam tulit, solus ipse absolvit, cap. Prudentiam, §. 6. de offic. Deleg.*
1676. 9. Maji. — Vicarius Capitularis absolvens Censuratum, talem à se declaratum ob violatam Immunitatem Ecclesiasticam, reintegret Censuras, & consulat Conscientiæ suæ. *Congregat. Immunit. in Squilacen. apud Riccium in Synopsi Decre-*

V

101.

- tor. d. *Congregat. verb.* Vicarius Capitularis, n. 13. 1043
1677. 27. Febr. — Nec Pœnitentiarius, nec Theologus potest in Subcollectorem, aut Commissarium ad quamcunque causam particularem deputari. *Congregat. Concil. apud Monacel. in Formular. leg. præc. par. 2. tit. 13. form. 2. pag. mibi 91.*
1677. 27. Febr. — Non possunt Subcollectores à Cæfibus Episcopo reservatis absolvere, absque illius licentia. *Congregat. Concil. apud eundem, ibidem.*
1678. 14. Febr. — Rector excommunicatus ab Episcopo ad hoc, ut se subiciat novo Examinis, absolvendus est, saltem ad cautelam, ut tunc Divinus se ingerere possit, cap. 2. §. par. d. de sent. excomm. in 6. apud Rotam in *Composellana Juris examinandi coram Pauluccio*, decif. recent. par. 19. tom. 1. decif. 167. num. 3. & 4.
1678. 22. Maji. — Peccat mortaliter Regularis Concionator, qui completâ ad Grates Concione, immediatè ipsas alloquitur Moniales sine licentiâ, licet immisceat sermones cum quætionibus, vel dubiis spiritualibus, aut materiis ipsius Concionis: quam poenam incurrit non solum si aliquas alloquatur, sed etiam unam tantum, cæteris audientibus. *Congregat. Concil. apud Matthæuc. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 5. num. 13. & refert etiam Monacel. in Formular. leg. præc. par. 1. in Appendice, pag. mibi 437.*
1678. 20. Jun. — Si successor Episcopus Regularis utcunque à Sancta Sede adeo privilegiatus, semel à Prædecessore approbatus, licet Lectores, & Graduatos in Theologia, potest pro recta, & tuta Sacramenti Pœnitentiæ administratione ad Examen vocare, multò magis poterit Parochos à se non amplius examinatos examinare, ut experitur, an exulta doret scientia, & peritia, de qua quidem cognovit Prædecessor, ut consulat quieti conscientia suæ, quam ratiocinationem induxit Capon. *Centrov. forens. contr. 42. num. 8. post Joan. San-*

- Sanchez in *Select. Sacram. disput. 48. apud Rotam in Composellana Juris examinandi coram Pauluccio*, decif. recent. par. 19. tom. 1. decif. 257. num. 16. & 17.
1678. 1. Jul. — Approbatus ad Confessionem ab alieno Ordinario, nequit Confessiones audire in propria Civitate. *Rota in Firmana a Capellania coram Bourlemont*, decif. recent. par. 19. tom. 2. decif. 492. num. 10.
1678. 1. Oct. — Episcopus, vel alius Prælatus, ejusque Vicarius Generalis, aut alius quicumque Officialis nullum exigat emolumentum, etiam sub titulo voluntariæ donationis pro deputatone Confessarii: pro eo quod respicit administrationem Sacramenti Pœnitentiæ; nec pro examine, & approbatione, aut licentia illius administrandi, nec id permittant Curatis, Confessariis, aliisque Ministris, cum hæc omnia sint illicita: nec pro Monitorialibus, & pro revelationibus Excommunicationum, tam si dentur ad ipsam Curiam, & Ordinario, quam si publicentur Litteræ Apostolicæ: nec denique pro declaratione incensus in Censuras, percussione Clericorum, aliisque rebus similibus, & pro Absolutione, *Innocentius XI. in Taxa, ab eo Innocentiana vocata*, apud Palucc. in *Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatelli, par. 1. tit. de Episcopis*, pag. mibi 259.
1679. 12. Febr. — Frequens Negotiatorum accessus ad Sacram Alimoniam percipiendam, Confessariorum secreta Cordis explorantium judicio est relinquendus, qui ex Conscientiarum puritate, & frequentia fructu, & ad Pietatem processu laicis Negotiatoribus, & Conjugatis, quod propicient eorum saluti profuturum, id illis præscribere debent: In Conjugatis autem hoc amplius animadvertent, cum B. Apostolus nolit eos invicem fraudari, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacent orationi eos serio admoveant tantò magis ab Sacratissimæ Eucharistiæ reverentiam continentia

vacandum, puriorique mente ad Cœlestium Epularum Communionem esse conveniendum: In hoc igitur Pastorum diligentia potissimum invigilabit, non ut à frequenti, aut quotidiana Sacrae Communionis sumptione unicâ præcepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter contumantur, sed magis quid singulis permittendum, per se, seu Confessarios sibi decernendum putet, illudque omnino provideat, ut nemo à Sacro Convivio se frequenter, seu quotidie accesserit, repellatur, & nihilominus det operam, ut unumquique dignè pro devotionis, & preparationis modis raribus, aut crebrius Dominici Corporis suavitatem degustet: Item Moniales quotidie Sacram Communionem petentes admonendæ erunt, ut in diebus ex carum Ordinis Instituto præstititè communicent; Si quæ verò puritate mentis eniteant, & fervore spiritus ita incaluerint, ut dignè frequentiori, aut quotidiana Sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis à Superioribus permittatur. *Congregat. Concil. in Decreto de Commun. quatuor. apud Patrucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par. 2. tit. de Monialibus, pag. mihi 67. & referunt etiam Monacel. in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 12. pag. mihi 35. Murga in Tractat. de Benefic. Eccles. in additam. 1. pag. mihi 751. Clericat. in Erotemat. in fine Operis, alique quamplures.*

1679. 12. Febr. — Episcopi, Parochi, seu Confessarii redarguant asserentes Communionem quotidianam esse de jure Divino, doceant in Ecclesiis, seu Oratoriis privatis, ex dispensatione, seu privilegio Pontificis, de manu Sacerdotis tumendam Sanctissimam Eucharistiam, nec eam ulla modo deferendam in Crumena, aut secretò ad exilientes Domi, vel cubantes in Lecto, quam ad Infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta accedere non valeant; & ad eos, si ab Ecclesia deferatur, publicè, & cum pompa juxta formam Ritualis Romani: si verò ab Orato-

rio

rio privilegiato, cum forma decenti: Curent etiam, ut circa Communionem in Feria sexta Paraveve, Missalis Rubricæ, & Ecclesiæ Romanæ usus serventur: Insuper admoneant, nulli tradendas plures Eucharistiæ formas, seu particulas, neque grandiores, sed consuetas: Non permittant, ut venialium confessio fiat simpliciter Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario: Si Parochi, & Confessarii, etiam Regulares, aut quicunque alii Sacerdotes secus egerint, sciunt Deo Optimo Maximo rationem reddituros esse, neque defuturam Episcoporum, & Ordinariorum justam, ac rigorosam animadversionem in contrasacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jesu, facultate ipsis Episcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa. *Congregat. Concil. apud eisdem, ibidem.*

1679. 2. Mar. — Congregatio Inquisitionis coram Innocentio XI. sequentes damnavit Propositiones, quarum prima, cæteris omisis. *Am peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non aulemus.* Apud Reiffenel in Theolog. Mor. in principio Operis, & referunt etiam Matthæucc. in Cautel. Confessar. lib. 2. Cardenas in Cris. Theolog. oper. posthum. initio Operis, Viva in Trutin. Theolog. par. 2. nec non Clericat. in Erotemat. in fine Operis, ac etiam Murga in Tract. de Benefic. Eccles. quæst. 2. num. 565. pag. mihi 187.
1679. 2. Mar. — Secunda: *Comedere, & bibere ad satietatem ad solam voluptatem non est peccatum, modo non obset valetudini, quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus frui.* Apud eisdem, ibidem, Proposit. 8.
1679. 2. Mar. — Tertia: *Opus Conjugii ab solam voluptatem exercitum, omni penitus caret culpa, ac defectu veniali.* Apud eisdem, ibidem, Proposit. 9.
1679. 2. Mar. — Quarta: *Si cum debita moderatone facias, potes absque peccato mortali de vita alienius*

V 3.

tri-

- trifitari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & desiderare, non quidem ex displicentia persona, sed ob aliquid temporale, emolumentum. Apud eisdem, ibidem, Propositio. 13.
1679. 2. Mar. — Quinta: Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, sed ut bonum cupientes, quia nimirum ei obventura est pinguis hereditas. Apud eisdem, ibidem Proposit. 14.
1679. 2. Mar. — Sexta: Licitum est Filio gaudere de Patricidio Parentis à se in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 15.
1679. 2. Mar. — Septima: Vocare Deum in Testem mendacii levis non est tanta irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 24.
1679. 2. Mar. — Octava: Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, si veres sit levis, si ve gravis. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 25.
1679. 2. Mar. — Nona: Si quis, vel solus, vel coram alijs, si ve interrogatus, si ve propria sponte, si ve recreationis causa, si ve quocunque alio sine jure, se non fecisse aliquid, quod reverà fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud ablatum veram, reverà non mentitur, nec est perjurus. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 26.
1679. 2. Mar. — Decima: Causa utendi his ambibologjs est, quoties id necessarium aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censetur tunc expediens, & studiosa. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 27.
1679. 2. Mar. — Undecima: Urgens metus gravis est causa iusta Sacramentorum administrationem simulandi. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 29.
1679. 2. Mar. — Duodecima: Fas est viro honorari

1056

1057

1058

1059

1060

1061

1962

1063

10

- to occidere inuasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hac ignominia vitari nequit: idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percussit, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 30.
1679. 2. Mar. — Decimatertia: Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 31.
1679. 2. Mar. — Decimaquarta: Non solum licitum est defendere defensione occisiva, qua actu possidemus, sed etiam ad qua jus inchoatum habemus. & nos possessuros speramus. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 32.
1679. 2. Mar. — Decimaquinta: Licet procurare Abortum ante animationem fetus, ne Puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 34.
1679. 2. Mar. — Decimasexta: Permissum est furari, non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 36.
1679. 2. Mar. — Decimasextima: Famuli, & Famule domestica possunt oculis Heris suis surripere ad componendam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 37.
1679. 2. Mar. — Decimaoctava: Non tenetur quis sub poena peccati mortalis restituere quod ablatum est per pauca furti, quantumcumque sit magna summa totalis. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 38.
1679. 2. Mar. — Decimanona: Contractus Mohatra licitus est, etiam respectu ejusdem Persona, & cum contractu retrovenditionis praviè inito cum intentione lucri. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 40.
1679. 2. Mar. — Vigesima: Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit, & qui non majoris facias pecuniam presentem, quam futuram, potest Creditor aliquid ultra sortem à mutuario exigere, & eo titulo ab Usura excusari. Apud eisdem, ibidem, Proposit. 41.

1064

1065

1066

1067

1068

1069

1070

1071

1679. 2. Mar. — Vigefimaprima: *Usura non est, dum ultra sortem aliquod exigitur, tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solum ex exigatur tanquam ex Iustitia debitum. Apud eodem, ibidem, Proposit. 42.* 1073
1679. 2. Mar. — Vigefimasecunda: *Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit fallum crimen alicui, ut suam iustitiam, & honorem defendat. Et si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia. Apud eodem, ibidem, Proposit. 44.* 1073
1679. 2. Mar. — Vigefimatertia: *Dare temporale pro spirituali non est Simonia, quando temporale non datur tanquam pretium, sed dumtaxat tanquam motum conferendi, vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solum gratia compensatio pro spirituali, aut e contra. Apud eodem, ibidem, Proposit. 45.* 1074
1679. 2. Mar. — Vigefimaquarta: *Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motum dandi spirituale: imo etiamsi sit finis ipsius rei spiritualis, sic, ut illud plaris estimetur, quam res spiritualis. Apud eodem, ibidem, Proposit. 46.* 1075
1679. 2. Mar. — Vigefimaquinta: *Cum dixit Concilium Tridentinum, eos alicuius peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesia magis utiles ipsi iudicaverint, ad Ecclesias promovunt, Concilium vel primo videtur per hos digniores non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro passivo: vel secundum locutionem propriae perit digniores, ut excludat indignos, non vero dignos: vel tandem loquitur tertio, quando sit Concurfus. Apud eodem, ibidem, Proposit. 47.* 1076
1679. 2. Mar. — Vigefimasexta: *Tam clarum videtur Fornicationem secundum se nullam involvere mortalitatem, & solum esse malam, quia interdicta, ut contrariam omnino rationi dissentium videatur. Apud eodem, ibidem, Proposit. 48.* 1077
1679. 2. Mar. — Vigefimaseptima: *Mollities pure naturae prohibita non est: unde si Deus eam non interdixisset saepe esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali. Apud eodem, ibidem, Proposit. 49.* 1078

1679. 2. Mar. — Vigefimaoctava: *Copula cum Coniugata, consentiente Marito, non est Adulterium: adeoque sufficit in Confessione dicere, se esse fornicatum. Apud eodem, ibidem, Proposit. 50.* 1079
1679. 2. Mar. — Vigefimanona: *Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat Hetrum suum ascendere per fenestras ad stuprandam Virginem, & multoties eidem subservit deserendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta, ne à Domino male trahatur, ne torvis oculis aspiciatur, ne Domo expellatur. Apud eodem, ibidem, Proposit. 51.* 1080
1679. 2. Mar. — Trigesima: *Praeceptum servandi Festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus. Apud eodem, ibidem, Proposit. 52.* 1081
1679. 2. Mar. — Trigefimaprima: *Satisfacit praecepto Ecclesiae de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, imo quatuor simul à diversis Celebrantibus audis. Apud eodem, ibidem, Proposit. 53.* 1082
1679. 2. Mar. — Trigefimasecunda: *Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil teneri, quia major pars trahit ad se minorem. Apud eodem, ibidem, Proposit. 54.* 1083
1679. 2. Mar. — Trigefimatertia: *Praecepto Communionis annuus satisfat per sacilegam Domini manducationem. Apud eodem, ibidem, Proposit. 55.* 1084
1679. 2. Mar. — Trigefimaquarta: *Frequens Confessio, & Communio, etiam in his, qui generaliter vivunt, est nota Praedestinationis. Apud eodem, ibidem, Proposit. 56.* 1085
1679. 2. Mar. — Trigefimaquinta: *Probabile est sufficere Attritionem naturalem, modo honestam. Apud eodem, ibidem, Proposit. 57.* 1086
1679. 2. Mar. — Trigefimasexta: *Non tenetur Confessario interroganti fateri peccati alicuius consuetudinem. Apud eodem, ibidem, Proposit. 58.* 1087
- 1679.

1679. 2. Mar. — Trigesimaseptima: *Licit Sacramento-
lialiter absolvere dimidiatè tantum confessor ratione
magni Concursus, qualis (verbi gratia) potest contingere
in die magna alicujus Festivitatìs, aut Indulgentia.
Apud eoldem, ibidem, Proposit. 59.* 1088
1679. 2. Mar. — Trigesimaoctava: *Pœnitenti batorum
consuetudinem peccandi contra legem Dei, Natura
aut Ecclesie, est emendationis spes nulla apparet,
nec est neganda, nec differenda Absolutio, dummodo
ore proferat, se dolere, & proponere emendationem.
Apud eoldem, ibidem, Proposit. 60.* 1089
1679. 2. Mar. — Trigesimanona: *Potest aliquando
absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur,
quam potest, & non vult omittere, quinimo directè,
& ex proposito querit, aut e se ingerit. Apud eoldem,
ibidem, Proposit. 61.* 1090
1679. 2. Mar. — Quadragesima: *Proxima occasio
peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis,
aut honesta non fugiendi occurrit. Apud eoldem, ibi-
dem, Proposit. 62.* 1091
1679. 2. Mar. — Quadragesimaprima: *Licetum est
querere directè occasionem proximam peccandi pro bo-
no spiritali, vel temporali nostro, vel proximi. Apud
eoldem, ibidem, Proposit. 63.* 1092
1679. 2. Mar. — Quadragesimasecunda: *Absolutio-
nis capax est homo quantumvis laboret ignorantia
Mysteriorum Fidei, & etiamsi per negligentiam etiam
culpabilem nesciat Mysterium Sanctissima Trinitatis, &
Incarnationis Domini nostri Jesu Christi. Apud eodem,
ibidem, Proposit. 64.* 1093
1679. 2. Mar. — Quicunque prædictas Propositiones,
vel illarum aliquam conjunctim, vel divisim
defenderit, vel ediderit, vel de eis disputativè,
publicè, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit,
nisi forsan impugnando, ipso facto incidit in Ex-
communicationem lætæ sententiæ, à qua non possit
(præterquam in articulo mortis) ab alio quocumque
existente Romano Pontifice absolvi. *Congregat. In-
quisi.* 1094

- quisi. coram d. Innocentio XI. apud eoldem, ibid.*
1679. 23. Nov. — Innocentius XI. sequentes dam-
navit Propositiones, quarum Prima: *Deus donat
nobis omnipotentiam suam, ut eà utamur, sicut aliquis
donat Villam, vel Librum alteri. Apud Clericat. in
Erotemat. in fine Operis; & refert etiam Murga
in Tract. de Benefic. Eccles. in additam III. pag. mihi
757.* 1095
1679. 23. Nov. — Secunda: *Deus subjicit nobis
suam omnipotentiam. Apud d. Clericat. loco proxime
citato & Murga ibid.* 1096
1679. 23. Nov. — Quicunque prædictas duas Pro-
positiones, vel illarum aliquam docuerit, defen-
derit, vel ediderit, vel de eis disputativè, publi-
cè, vel privatim tractaverit, vel prædicaverit,
nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in Ex-
communicationem lætæ sententiæ, à qua non possit
(præterquam in articulo mortis) ab alio, nisi pro
tempore existente Romano Pontifice absolvi. *Inno-
centius XI. apud d. Clericat. ibid. & Murg. loc. cit.* 1097
1679. 2. Dec. — Non debet approbari Confessa-
rius pro illis, qui cum ipso participant in opere
carnali, vel maleficio, aut abortu, ne Confes-
siones sine eubescencia (quæ partem habet remis-
sionis) fiant: ideoque in approbatione interdican-
da est eis ab Episcopo talis facultas, non sub pœna
Censurarum, sed deficientis Jurisdictionis: nam
si Episcopus hoc Confessariis prohiberet (sub pœna
Suspensionis, aut Excommunicationis ipso facto
incurrendæ (quia agitur de crimine occulto Abso-
lutionis Sacramentalis, quod probari non potest
per Testes, & Confessarius non tenetur seipsum
prodere) Suspensio, sive Excommunicatio incur-
sa, esset semper occulta in laqueum ipsiusmet delin-
quentis, qui (ne famam amittat) facillè sic in-
nodatus celebraret, & fieret irregularis: hos au-
tem Conscientiæ laqueos abhorret, neque facillè
permittit, imò similia Decreta in Synodalibus deleri
mandat *Congregat. Concil. in Casentina Synodi, ad 2.
apud* 1098

apud Monacel. in *Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 2. num. 15. pag. mihi 41.*

1679. 11. Dec. — Quando Pars offensa renuit dare Pacem Censurato petitam cum debitis satisfactionibus, datur facultas, hoc non obitante, Episcopo suo arbitrio absolvendi ipsum Censuratum. *Congregat. Immunit. in Neapolitana, apud Riccium in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb. Pax.*
1681. 31. Mar. — Congregatio Iudicis sequentem damnavit Librum, cui titulus: *Resolutio Theologica moralis, in qua occasione eujusdam Casus occurrentis asseritur, & propagatur, licitè permitti posse Meretrices, ubicumque majora mala aliter vitari non possunt, à Fr. Joanne ab Ulmo, &c.* In Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso. ¶ Notandum primè ex hac occasione, quod mortaliter peccant illi Caupones, qui in luis Domibus, vel annexis tugioliis permittunt Meretrices, ut eò plures ibi divertant Hospites, quia sunt participes alieni peccati, ut ait Wiganct in *Tribunali Confessar. tract. 5. exam. 2. Quaro VI. pag. mihi 117.* ¶ Notandum secundò, quod si quis dicat, ex asiduo fe cum Mulieribus colloquio, congressuque, & convictu non admodum lædi, hic sine dubio, aut maris naturæ particeps non est, & potentum est quoddam insolentissimum, & præter omnium opinionum admirabile, & in utriusque sexus, ut ita dicam, confiniis positum: Aut certè, si ex pers non est, cum totus immerfus libidinibus obruratur, ebriis, aut phrenitide correptis similem se esse non sentit, qui gravissimis effecti morbis, morbum à se tamen abesse omnem existimant, Basl. in *Constit. Monast. cap. 4. apud Peyrin. de Privileg. Regular. tom. 2. cap. 11. num. 6. pag. mihi 369.* ¶ Notandum tertio, quod Confessarius in peccatis Carnis ea solum inquirat, quæ magis necessaria videntur, nec nimis curiosè in illis immoretur, quia postea causare non levein tentationem tam sibi, quam Penitenti, & magis præstat Confessarium minus

- minus perfectè cognoscere peccata, quam per diligentiore inquisitionem, occasionem ruinæ sibi, & proximo præbere, ut cum Coninch. observat Tamburin. de *Confess. cap. 7. nu. 77.* & faver Castropal. *par. 4. tract. 23. num. 10. §. 2. num. 4. apud Bissium in Hierurg. tom. 1. lit. I. num. 195. §. 11.*
1682. 15. Jan. — Confessarii Regulares, sed non Parochi, degentes in Conventibus, in quibus non vivunt duodecim Religiosi, hortari quidem possunt ab Ordinariis, sed non compelli ad conferentiam Causum Conscientiæ. *Congregat. Episcopor. apud Matthæucc. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 8. num. 25.*
1682. 12. Mar. — Injurgatur Confessarii Monialium, ut in audienda Infirmæ Confessione, janua Celsæ aperta remaneat, & amba Comitatrices Confessarium, & Infirmam videant, non tamen possint audire, *Congregat. Episcopor. & Regular. in Epistola enciclica (juxta Decretum generale supra positum, & emanatum 1583. 13. Sept.) apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 9. form. 3. numer. 10.*
1682. 14. Apr. — Congregatio Iudicis sequentem damnavit Libros, quorum Primus: *Splendor Veritatis Moralis collatus cum tenebris mendacii, & nubilo aquivocationis, ac mentalis restrictionis, &c. per Fr. S. Emonnerium.* In Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso.
1682. 14. Apr. — Secundus: *Andrea Mendæ Strætora Opiniones benignarum in Controversiis moralibus.* in d. Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso.
1682. 24. Apr. — Excommunicatus non auditur in Judicio, nisi sit Reus, ut per text. in *cap. cum inter, & in cap. intelleximus, de Judic. dixit Rosa in Calaguritana Beneficii S. Petri de Manriquez coram Emerix, tom. 2. decis. 536. num. 2. & 4.*
1682. 15. Maji. — Regula olim octava, hodie nona Cancellariæ (de qua in mea Collectione ad Paro-

- Parochialium Concurium spectante, sub anno 1656. 20. Apr.) comprehendit etiam Canonicatus Poenitentiariorum, si vacaverint in Mensē Apostolico reservato, ut in specie tradunt Barthol. ad *Sacr. Concil. Trid. sess. 24. cap. 8. num. 12. de reform. nec non in tract. de Canon & Dign. cap. 26. de Canonico Poenitentiariorum, num. 4. Gonzal. ad eand. Regul. gloss. 9. num. 85. Gaiz. de Benefic. par. 5. cap. 4. num. 144. & seqq. apud Rotam in Salernitana Canonicatus Poenitentiariorum coram d. Emerix, ibid. decis. 540. num. 1.*
1682. 26. Jun. — Dispositio Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 8. de reform.* habet locum in Canonicatu Poenitentiariorum erecto, seu erigendo ab Episcopo ex præcepto dicti Concilii, non autem in fundato à Patrono laico, qui in Fundatione aliter disposuit, prout potuit: sicque dum ille, cui à Fundatore reservatum fuit jus instituendi, fungitur vice Ordinarii, Instituto autorizabilis concernens, examen & approbationem Poenitentiariorum, non autem collativa Tituli spectat in hujusmodi casibus ad Episcopum. *Rota in Civitate Castellæ Canonicatus coram d. Emerix, d. tom. 2. decis. 553. num. 3. 4. 6. & 7.*
1682. 9. Oct. — Exercitatio rerum spiritualium debet fieri à Puellis statum Religionis amplecti volentibus per decem dies continuos, tam ante susceptionem Habitus, quam ante Professionem. *Innocentius XI. apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 11. form. 5. nu. 1. ubi num. seq. ait, quod debet exercitantibus dari methodus, & modus præscribi, quo fructuosè exercitia spiritualia absolvantur, vel ab ipsomet Episcopo, vel Confessorio Monasterii, quæ ea, quæ pertinent ad observantiam Votorum solemnium, & regularis disciplinæ, suaviter, & fortiter per puncta dietam distributa insinuat: item exercitantem edoctam reddere curabit in Mysteriis Fidei, & de modo mentaliter orandi, quem docet Divus Franciscus Salesius, qui facilis est, & planus, ad hoc, ut viam, quam ingreditur Religiosis, Passionem D. N. J. Christi, & no-*

- & novissima hominis meditando, feliciter curat, & Bravium accipiat.
1683. 9. Febr. — Congregatio Indicis sequentes *1109*
damnavit Libros, quorum Primus: *Tuta Conscientia, seu Theologia Moralis, in qua quid possit fieri tuta Conscientiâ, &c. à Carolo Casalsichio concinnata. In Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso.*
1683. 9. Febr. — Secuudus: *Theologia Moralis expurgata, & ordine alphabetico disposita, juxta, &c. 2110*
Auctore A. R. P. Cassiano. In d. Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso.
1683. 29. Nov. — Censuræ injuste sunt revocandæ, ad tradita per Gloss. & Abb. in *cap. Sacro, nu. 12. de sent. excomm. & in cap. cum contingat, nu. 4. & 5. de offic. & potest. judic. deleg. apud Rotam in Celsomen. Præpositura coram Emerix, tom. 2. decis. 608. 23.*
1684. 15. Jan. — Qualitas approbationis ad audiendas simpliciter Confessiones necessario requiritur in præsentandis ad Parochiales, *Congreg. Concil. in Paormitana, apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 15. form. 1. num. 20. pag. mihi 201.*
1684. 25. Jan. — Congregatio Indicis sequentem *1113*
damnavit Librum, cui titulus: *Raymundi Lumbier Observaciones Theologicae morales, &c. circa Propositiones novissimè ab Innocentio XI. nec non circa alias ab Alexandro VII. haud pridem damnatas, quocunque idioma impressas. In Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso.*
1684. 26. Febr. — Circa ea, quæ materiam peccati concernunt, potest Episcopus exquirere, & investigare etiam in Capellanis Religiosis Hierosolymitanæ. *Congregat. Concil. in Deribusen. & antea in Vultur arion. 1653. 17. Maij, apud Monacel. in Formul. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 2. n. 49. p. mihi 82.*
1684. 10. Jul. — Congregatio Indicis sequentem *1115*
damnavit. Librum, cui titulus: *Natalis ab Alexandro Disertatio Polemica de Confessione Sacramentali. In Indice Romæ impresso.*
1685. 3. Apr. — Congregatio Indicis sequentem *1116*
dam-

damnavit Librum, cui titulus: *Bibliotheca portatilis pars practica, hoc est, Theologia practica sistema integrum, exhibens ea, qua Ministro Ecclesia, & Sacra Theologia Alumna &c. concinnata à Jacobo Rauppio Pastore Herlesburano. In Indice Libror. prohibitor. Romæ novissimè impresso.*

1685. 14. Apr. — Licet Congregationis S. Mauri Ordinis S. Benedicti in Flandria Belgica sint concessa à Gregorio XV. & Urbano VIII. omnia Privilegia (de quibus in mea Collectione ad Regulares spectante) Calsinensium, Mendicantium, & non Mendicantium, & aliorum, non ideo Mopachi dicti S. Mauri habent facultatem absolvendis in utroque foro, ac dispensandi super Censuris, & Irregularitatibus Monachos suos, qui ante Religionis ingressum, homicidiis voluntariis, & involuntariis, aliisque patris facinoribus, Irregularitates ac Centuras incurrerent. *Congregat. Episcop. apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 2. form. 4. tit. 13. num. 35. pag. mibi 120.* 1117
1686. 19. Jan. — Confensionalia existentia in Ecclesiis non Curatis Monialium Regularibus subiectarum, non sunt visitanda ab Episcopo Diocesano, nisi adsit in contrarium legitima Consuetudo. *Cong. Concil. in una Minorum Observantium, ad II. apud Matthæucc. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 13. n. 19.* 1118
1686. 2. Jul. — Congregat. Indicis sequentem damnavit Librum, cui titulus: *Joannis Dallai de Sacramentali seu auriculari Latinorum Confessione Disputatio. In Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso.* 1119
1686. 24. Aug. — In Edicto Episcopi prohibentis Regularibus administrationem Sacramentorum sine licentia, si adsit poena Excommunicationis, delenda sunt verba ipso facto incurrenda. *Congregat. Concil. in Miden. Decretorum, apud Petram in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom. 1. Constit. 1. Paschalis II. sect. 3. num. 5. pag. mibi 206.* 1120
1687. 22. Mar. — Approbatio Confessariorum. 1121

- pro Sacramentalibus Militum Confessionibus audiendis non pertinet ad Capellanum Regium, sed ad Ordinarium loci. *Congregat. Concil. in Marzorian. facultatis approbandi Confessarios, apud eund. tom. 2. Constit. 12. Innocentii III. sect. 1. n. 13. pag. mibi 354.*
1687. 10. Maij. — Si Episcopus in Edicto contra Clericos deferentes Arma, apponat poenam Excommunicationis, deleat claufulam ipso facto incurrenda. *Congregat. Concil. in Savonen. apud eund. tom. 1. Constit. 1. Leonis IX. sect. 3. num. 51. pag. mibi 206.* 1122
1687. 27. Maij. — Congregatio Indicis sequentem damnavit Librum, cui titulus: *R. P. F. Joseph Rosfel Tractatus, sive Praxis deponendi Conscientiam in Dubiis, & Scrupulis. In Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso.* 1123
1687. 27. Maij. — Absolutio à Censuris ex causa violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ concessa Episcopo cum sola verbali promissione Censurati de satisfaciendo Parte, contra facultatis tenorem, quod satisfacta Parte absolvat, non suffinetur. *Congregat. Immunit. in Lycien. apud Riccium in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb. Absolutio, num. 53.* 1124
1687. 8. Jul. — Si Episcopus non obstante appellatione procederet ad Censuras, prout teneret, validè procederet. *Congregat. Episcopor. in una Montis Falsici, apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 1. form. 7. num. 4. pag. mibi 61.* 1125
1687. 20. Nov. — Innocentius XI. sequentes damnavit Propositiones, quarum Prima, cæteris omiſſis: *Vota de aliquo faciendo sunt perfectionis impeditiva. In Libello pluribus in locis impresso, Proposit. 3.* 1126
1687. 20. Nov. — Secunda: *Non debet Anima cogitare, nec de Punitione, nec de Paradiso, nec de Inferno, nec de Morte, nec de Eternitate. In Libello, Proposit. 7.* 1127
1687. 20. Nov. — Tertia: *Qui suum liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere, nec* 1128

nec de Inferno, nec de Paradiso: nec debet desiderium habere propriæ perfectionis, nec Virtutum, nec propriæ Sanctitatis, nec propriæ salutis, cuius spem purgare debet. In d. Libello, Proposit. 12.

1687. 20. Nov. — Quarta: Non convenit Indulgentias querere pro peccatis propriis peccatis debita, quia melius est Divinæ Justitiæ satisficere, quàm Divinam Misericordiam querere, quoniam illud ex puro Dei amore procedit, & stud ab amore nostris interessato, nec est res Deo grata, nec meritoria, quia est velle Crucem fugere. In d. Libello, Proposit. 16.

1687. 20. Nov. — Quinta: Tradito Deo libero arbitrio, & eidem relicta cura, & cognitione Animæ nostræ, non est amplius habenda ratio tentationum, nec eis alia resistentia fieri debet, nisi negativa, nulla adhibita in iustitia: & si natura commovetur, oportet sinere, ut commoveatur, quia est natura. In d. Libello, Proposit. 17.

1687. 20. Nov. — Sexta: Nec ante, nec post Communionem alia requiritur preparatio, aut gratiarum actio (pro istis Animabus interitis) quàm permanentia in solita resignatione passiva, quia modo perfectiore supplet omnes actus Virtutum, qui fieri possunt, & fiunt in Via Ordinaria: Et si hac occasione Communionis insurgunt motus humiliationis, petitionis, aut gratiarum actionis, reprimendæ sunt, quæ non dignoscatur, eos esse ex impulsu speciali Dei, aliud sunt impulsus nature nondum mortuæ. In d. Libello, Proposit. 32.

1687. 20. Nov. — Septima: Male agit Anima, quæ per hanc Viam Internam procedit, si in diebus solis omnibus vult aliquo conatu particulari excitare in se devotum aliquem sensum, quoniam Animæ internæ omnes dies sunt æquales, omnes festivi: Et idem dicitur de Locis Sacris, quia huiusmodi Animabus omnia loca æqualia sunt. In d. Libello, Proposit. 33.

1687. 20. Nov. — Octava: In occasione tentationum etiam furiosarum, non debet Anima elicere actus explicitos Virtutum oppositarum, sed debet in supradictis amore, & resignatione permanere. In d. Libello Proposit. 37.

1687.

1687. 20. Nov. — Nona: Deus permittit, & vult ad nos humiliandos, & ad veram transformationem, perducendos, quod ab quibus Animabus perfectis, etiam non arreptis, Demoni violentiam inferat eorum corporibus, & eosque actus carnales committere faciat, etiam in Vigilia, & sine mentis effuscatione movendo physice illorum manus, & alia membra contra eorum voluntatem: Et idem dicitur quoad alios actus per se peccaminosos, in quo casu non sunt peccata, quia in his non adefit consensus. In d. Libello, Proposit. 41.

1687. 20. Nov. — Decima: Cùm huiusmodi violentia occurrunt, sinere oportet, ut Sathanas operetur, nullam adhibendò industriam, nullumque proprium conatum, sed permanere debet homo in suo nobilo, & etiamsi sequantur pollutiones, & actus obsceni propriis membris, & etiam pejora, non opus est, seipsum inquietari, sed foras emittendæ sunt scriptuli, dubia, & timores, quia Anima fit magis illuminata, magis roborata, magisque candida, & acquiritur sancta libertas: Et præ omnibus, non est opus hac confiteri, & sanctissime fit non confuendo, quia hoc pacto superatur Demoni, & acquiritur thesaurus pacis. In d. Libello, Proposit. 47.

1687. 20. Nov. — Undecima: Sathanas, qui huiusmodi violentias infert, suadet demòde, gratia esse delicta, ut Anima se inquietet, ne in Via Interna ulterius progrediatur: unde ad ejus vires evolvendas, melius est, ea non confiteri, quia non sunt peccata, nec etiam venialia. In d. Libello, Proposit. 48.

1687. 20. Nov. — Duodecima: Spirituales Via Ordinaria in hora mortis se delictos inveniunt, & confusos cum omnibus passionibus in alto Mendo purgandis. In d. Libello, Proposit. 54.

1687. 20. Nov. — Decimatertio: Animabus provelctis, quæ resistentibus mori incipiunt, & eo etiam pervenimus, ut sint mortui, Deus Confessionem aliquando efficit impossibilem, & supplet ipsarum gratia præstante, quantum in Sacramento recipere: & ideo huiusmodi Animabus non est licitum in tali casu ad Sacra-

X 2 m-

invenitur Penitentia accedere, quia id est eis impossibile.
In d. Libello, Proposit. 60.

1587. 20. Nov. — Decimaquarta: Theologus minorem dispositionem habet, quam homo vult, ad statum Contemplativi: Primo, quia non habet fidem adeo puram: Secundò, quia non est adeo humilis: Tertio, quia non adeo curat propriam salutem: Quarto, quia caput resertum habet phantasmatibus, speciebus, opinionibus, & speculationibus, & non potest in illud ingredi verum lumen. In d. Libello, Proposit. 64.
1687. 20. Nov. — Decimaquinta: Praepositis obediendum est in exteriori, & latitudo Voti Obedientia Religiosorum tantummodo ad exterius pertingit: In interiore verò aliter res se habet, quò solus Deus, & Director intrat. In d. Libello, Proposit. 65.
1687. 20. Nov. — Decimalexta: Ritu digna est nova quaedam doctrina in Ecclesia Dei, quod Anima quoad Internum gubernari debeat ab Episcopo; quod si Episcopus non sit capax, Anima ipsum cum suo Directore adeat: Novam, dico, doctrinam, quia nec Sacra Scriptura, nec Concilia, nec Canoncs, nec Bulla, nec Sancti, nec Auctores eam unquam tradiderunt, nec tradere possunt, quia Ecclesia non iudicat de occultis, & Anima Ius habet eligendi quemcumque sibi bene visum. In d. Libello, Proposit. 66.
1687. 20. Nov. — Decimaseptima: Dicere, quod Internum manifestandum est exteriori Tribunali Praepositorum, & quod peccatum sit id non facere, est manifesta deceptio, quia Ecclesia non iudicat de occultis, & propriis Animabus praepositorum huius deceptioibus, & simulationibus. In d. Libello, Proposit. 67.
1687. 20. Nov. — Decimaoctava: In Mundo non est facultas, nec Jurisdictio ad praecipendum, ut manifestentur Episcopa Directoris quoad Internum Anima, & Aeo opus est animadvertere, quod hoc est in salute Satanae, &c. in d. Libello, Proposit. 68.
1687. 20. Nov. — De praedictis Propositionibus quoquo modo loquendi, scribendi, disputandi, easque credendi, tenendi, docendi, aut in proximum redu-

- reduendi facultas quibuscumque interdicitur, & contraficientes vinculo Anathematis eo ipso innotantur, à quo nisi à Romano Pontifice pro tempore existente valent absolvi. In dicto Libello.
1688. 20. Febr. — Licet Sacrum Concilium Tridentinum non requirat praecise aetatem quadraginta annorum in Canonico Penitentiarario, nihilominus adhuc Gratia remanet nulla, quando fuit concessa cum falsa narrativa praecise aetatis. Rota in Ampurien. Canoniciatus Penitentiararii coram Emerix, tom. 2. dec. 814. num. 5.
1688. 28. Iun. — Constitutio Gregoriana (de qua supra, anno 1622. 5. Nov.) disponens, quod Canoniciatus Penitentiararii jam erecti, vel in posterum pro complemento Decretorum Apostolicorum in Regnis Castellae, & Legionis erigendis conferri debeant per Concursum ab Episcopo, & Capitulo, tamen si vacaverint in Mensibus Apostolicis, loquitur de Canoniciatus legitimè erectis, seu erigendis, mediante scilicet unione Praebendae proximè vacaturae in Mensibus Ordinarii, non autem de illegitimè erectis, seu erigendis, dando facultatem uniendi Canoniciatus Penitentiararii Praebendam vacantem in Mensibus Apostolicis. Rota in Jacen. Canoniciatus coram Emerix, tom. 2. dec. 855. num. 4.
1689. 26. Nov. — Regulares Monialium Confessarii, etiam extraordinarii, debent habere aetatem quadraginta annorum, prout declaravit pro Reformatis Congregat. Concil. in Casertina, apud Matthauc. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 15. num. 9.
1690. 28. Jan. — Potest Episcopus poenam Excommunicationis, dummodo sit in lubidinis, imponere Laicis, qui transgrediuntur Decretum Concilii Provincialis Mediolanensis VII. emanati, & approbati à Sede Apostolica contra praesumentes contrahere Matrimonia coaucto Parocho, & favesentes, consilium dantes, ac Testes scienter interfessentes. Cong. Conc. in Boccu. apud Petram in Commem. ad Con-

- lit. Apostolic. tom. 1. Constit. 1. Leonis IX. sect. 3. nu. 48. pag. mibi 205. & refert etiam Monacel. in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 2. form. 5. num. 3. ¶* Notandum ex hac occasione, quod Párochus, qui novit in Confessione aliquod impedimentum etiam dirimens, non potest ideo Pœnitenti Matrimonium denegare, ut tenet Bonacina apud Nicol. in *Lucubrati. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de pœnit. & remiss. in 39. pag. mibi 166.*
1690. 15. Apr. — Canonicus Theologus, & Canonicus Pœnitentiarius non possunt se eximere ab Officijs Capituli, prout declaravit *Congreg. Concil. in vicem. apud Monacel. in Formular. leg. pract. tom. 1. tit. 2. form. 4. num. 11.* 1149
1690. 8. Jul. — Percutientes, vulnerantes, vel occidentes Oblatos in aliqua Religione, in qua tele, & omnia bona sua cum effectu obtulerunt, incurunt Excommunicationem contentam in Can. si quis suadente diabolo, & in Bulla Cœnæ Domini, & contra eos per Censuras procedi potest, dummodo dicti Oblati ultra alia requisita, habitum gesserint, & in Conventu vivant sub obedientia Superioris. *Congregat. Concil. in Anglouen. apud Petram in Commentar. ad Constit. Apostol. tom. 2. Constit. 3. Gregorii IX. num. 40. pag. mibi 118.* 1150
1690. 21. Aug. — Congregatio Inquisitionis coram Alexandro VIII. sequentes damnavit Propositiones, quarum Prima: *Honitas obiectiva consistit in convenientia obiecti cum natura rationali: formalis vero in conformitate actus cum regula morum: Ad hoc sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretativè; HUNC HOMO NON TENETUR AMARE, NEQUE IN PRINCIPIO, NEQUE IN DECURSU VITÆ SUÆ MORALIS.* Apud Matthæuc. in *Cautel. Confessor. lib. 3. Viva in Trutin. Theolog. par. 3. Clericat. in Erotemat. in fine operis.* 1151
1690. 21. Aug. Secunda: *Peccatum Philosophicum, seu morale est actus humanus disconveniens natura rationali,* 1152

- nali, & recta rationi: Theologicum vero, & mortale est transgressio libera Divina legis: Philosophicum quantumvis grave in illo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actum non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, nec peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque aeternâ pœnâ dignum.* Apud eoldem, ibidem.
1690. 21. Aug. — Quicumque prædictam secundam Propositionem docuerit, defenderit, ediderit, aut de eâ etiam disputativè, publicè, seu privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in Excommunicationem, à qua non possit (præterquàm in articulo mortis) ab alio quocunque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvi. *Congregat. Inquisit. coram d. Alexandro VIII. apud eoldem, ibidem.* 1153
1690. 23. Sept. — Cùm hi, qui viros cogunt ad suscipiendum habitum Religionis, graviter peccent, ideo puniendi sunt remedio Juris, quod est Censurarum. *Congregat. Concil. in Hispanen. apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 1. form. 38. num. 9. pag. mibi 134.* 1154
1690. 23. Sept. — Quamvis Cura habitualis Ecclesiæ sit penes Capitulum, si tamen Canonici, vel Dignitates tempore servitii Chori audiant Confessiones, distributiones amittunt. *Congregat. Concil. in Romana, apud eund. par. 1. tit. 2. form. 6. num. 7.* 1155
1690. 4. Nov. — Non excusantur Regulares, quod ab Episcopo Diocesano malè tractentur in Examine pro audiendis Sæcularium Confessionibus, ad hoc, ut possint se exponere coram alio Episcopo, vel Provinciæ Archiepiscopo. *Congr. Episcopos. & Regular. in Pisauren. apud eund. d. par. 1. tit. 9. form. 7. num. 1.* 1156
1690. 7. Dec. — Congregatio Inquisitionis coram Alexandro VIII. sequentes damnavit Propositiones, quarum prima, cæteris omissis: *In statu na-* 1157

- tura lapsa ad peccatum formale, & demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sua, peccato originali, & libertate Adami peccatis. Apud Reiffenstuel in Theolog. Mor. in principio Operis, & referunt etiam Matthæucc. in Catech. Confessar. lib. 3. Viva in Trutin. Theolog. par. 3. ac Clericat in Erotemat. in fine Operis, Proposit. 1.
1690. 7. Dec. — Secunda: Tameis detur ignorantia invincibilis juris natura, hæc in statu natura lapsa operantem ex ipsa, non excusat à peccato formali. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 2.
1690. 7. Dec. — Tertia: Non licet sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 3.
1690. 7. Dec. — Quarta: Necessè est Infidelem in omni opere peccare. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 8.
1690. 7. Dec. — Quinta: Reverà peccat, qui odio habet peccatum merè ob ejus turpitudinem, & disconvenientiam cum natura rationali, sine ullo ad Deum offensum respectu, Apud eoldem, ibidem, Proposit. 9.
1690. 7. Dec. — Sexta: Intentio, qua quis detestatur malum, & prosequitur bonum, merè ut Calestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 10.
1690. 7. Dec. — Septima: Omne, quod non est ex Fide Christiana supernaturali, qua per dilectionem operatur, peccatum est. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 11.
1690. 7. Dec. — Octava: Quando in magnis Peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam Fides, & etiam si videantur credere, non est Fides Divina, sed humana. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 12.
1690. 7. Dec. — Nona: Timor Gehenna non est supernaturalis. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 14.
1690. 7. Dec. — Decima: Attritio, que Gehenna, & peccatorum metu concipitur, sine dilectione benevolen-

- lentia Dei, propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 15.
1690. 7. Dec. — Undecima: Ordinem pramittendi satisfactionem Absolutioni, induxit, non politia, aut institutio Ecclesiæ, sed ipsa Christi lex, & præscriptio nature rei id ipsam quodammodo distans. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 16.
1690. 7. Dec. — Duodecima: Per illam praxim mox absolvendi, ordo penitentiæ est inversus. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 17.
1690. 7. Dec. — Decimatercia: Consuetudo moderna quoad administrationem Sacramenti Penitentiæ, etiam si eam plurimorum hominum sustentet auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesiâ non habetur pro usu, sed abusu. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 18.
1690. 7. Dec. — Decimaquarta: Homo debet agere tota vita penitentiam pro peccato originali. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 19.
1690. 7. Dec. — Decimaquinta: Confessiones apud Religiosos factæ, pleraque vel sacrilegæ sunt, vel invalidæ. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 20.
1690. 7. Dec. — Decimalexta: Parochianus potest suspicari de Mendicantibus, qui elemosinis communi- bus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua penitentiâ, seu satisfactione, ob quæsum, seu lucrum subsidii temporalis. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 21.
1690. 7. Dec. — Decimaseptima: Sacrilegi sunt judicandi, qui jus ad Communionem percipiendam prætendunt, antequàm condignam de delictis suis penitentiam egerint. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 22.
1690. 7. Dec. — Decimaoctava: Similiter accendi sunt à Sacra Communione, quibus non dñm inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expert. Apud eoldem, ibidem, Proposit. 23.
1690. 7. Dec. — Decimanona: Ubi quis invenit doctrinam in Augustino clarè fundatam, illam absoluit

potest tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam. Apud eisdem, ibidem, Proposit.

30. ¶ Caveant igitur Confessarii, ne Doctorum, etiam gravissimorum, sequantur Sententias, si adsit in contrarium vel Pontificia Constitutio, vel aliquod Sacram Congregationum Decretum.

1690. 7. Dec. — Quicunque prædictas Propositiones, aut conjunctum, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in Excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunquè etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi. *Congreg. Inquisit. coram d. Alexandro VIII. apud eosd. ibid.*

1691. 19. Apr. — Famulique, Famulæque, quæ inserviunt Monasteriis Monialium quâvis exemptarum, nullum habent privilegium, sed sicuti cæteri Parochiani tenentur ad præceptum Paschale in Ecclesiâ Parochiali, in qua, alibi Sepultura non electâ, debent quoque sepeliri: Parochoque spectat eisdem, dum detinentur infirmi, Sacramenta ministrare, & ad Sepulchrum eosdem affociare, non autem ad Confessarium Monialium, ut repondit *Congregat. Concil. in Spoletana, & antea in Leodiens. 1685. 14. Apr. apud Monacel. in Formul. leg. præct. par. 1. tit. 11. form. 20. num. 2.*

1691. 2. Jul. — Absolutio à Censuris contractis ex causa violatæ Immunitatis, Libertatis, & Iurisdictionis Ecclesiasticæ ita est reservata Summo Pontifici, ut vacante Sede Apostolica, desit potestas absolvendi. *Congregat. Immunit. in una S. Marci in Calabria, apud Riccium in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb. Absolutio, num. 2.*

1691. 14. Nov. — Danda est dispensatio Irregularitatis contractæ; Celebranti cum vinculo Excommunicationis latæ contra formam Conciliatæ. *Congregat. Concil. in Cotronen. Irregularitatis, apud*

Pe-

Petram in Compend. ad Constitut. Apostolicas, tom. 1. Constitut. 1. Leonis IX. sect. 3. numer. 76. pagin. mihi 209.

1691. 1. Dec. — Curati, seu Vicarii Ecclesiarum Monasteriis Regularium unitarum, renuentes accedere, & intervenire Congregationibus Casuum Conscientiæ, Juris remediis ab Episcopo compelluntur. *Congregat. Concil. in Lauden. & antea in Forosempronien. 1650. 3. Sept. & in Comen. 1645. 16. Decemb. nec non in Justinopolitana 1639. 24. Sept. apud Monacel. in Formular. leg. præct. par. 1. tit. 6. form. 20. num. 15.*

1692. 12. Jan. — Episcopus præscribit materiam explicandam à Theologo. *Congregat. Concil. in Ripanna, & antea in Urbinaten. 1663. 10. Mar. apud eund. ibid. tit. 2. form. 5. num. 12. ubi num. 5. ait, quod mentiam Concilii non videtur satisfactum, sed potius à tam salutari provisione sapientiæ plena illi Episcopi aberrant, qui tolerant, imò & præteribunt quod Canonicis Theologis per seipsum, vel per alium non Clero, neque Populo, sed paucis Parochis, & Confessariis secularibus, loco explicationis Scripturæ, Questiones Morales semel, vel bis in Mensè extra Ecclesiam proponat.*

1692. 26. Jan. — Pertinet ad Clausuram Approbatio Confessariorum, tam ordinariorum, quàm extraordinariorum. *Congregat. Concil. in Hieracen. & antea Congregat. Episcopor. in Camerinen. apud Monacel. in Formular. leg. præct. par. 1. tit. 1. form. 3. num. 9.*

1692. 15. Mar. — Potest Episcopus compellere omnes Sacerdotes seculares Confessarios, etiam si Canonici sint, cæteros autem Presbyteros Cathedralis hortari, ut accedant ad Congregationem Casuum Conscientiæ. *Congregat. Concil. in una Civitatis Plebis, apud eund. ibid. tit. 3. form. 15. num. 2.*

1692. 16. Jun. — Loco Parochi, ut Testamentum de Jure Canonico valeat, potest intervenire

Con-

Confessarius, qui actualiter gerit curam Animarum Testatoris, ut notant DD. & dicit Paris. *conf. 51. num. 4. & 5. vol. 3. Onded. conf. 77. num. 1. cum seqq. lib. 2. apud Rotam in Dispen. Prædii coram Caprara, in additam, ad Theatr. Cardin. de Luca, dec. vol. 1. decis. 4. de Testam. &c. num. 5. pag. mihi 404.*

1692. 3. Sept. — Majori Urbis Pœnitentiario pro tempore existenti conceditur, ut omnes, & singulos cuiuscunque qualitatis Ecclesiasticos sæculares, ac cuiuscunque Ordinis Regulares, nec non Laicos quoscunque utriusque sexus, tam præsentés, quàm absentes, ab omnibus, & quibuscunque culpis, criminibus, excessibus quantumcunque gravibus, & enormibus, tam publicis, quàm occultis, quandocunque, & quomodocunque commissis, & perpetratis, nec non ab omnibus Excommunicationis, Suspensionis, & interdicti, aliisque Censuris, & pœnis Ecclesiasticis præmissorum occasione latis, & per illos incurfis, etiam in Casibus nãdum Superioribus Regularibus, & Ordinariis, sed etiam Pontifici, & Sanctæ Sedi specialiter, ac etiam per litteras, quæ die Cœnæ Domini quotannis promulgantur, reservatis, in iuncta super iisdem pro modo culpæ pœnitentiâ salutari, & aliis, quæ fuerint de iure injungenda, absolvere, & absolvi mandare possit, & valeat, Regulares nimirum à culpis, & censuris præmissis in utroque foro, & Ecclesiasticos sæculares, nec non Laicos tunc in utroque foro absolvere, & absolvi mandare possit, quando agitur de excommunicationis, & suspensis à sententia generali, vel speciali Delegatorum, seu aliorum Iudicum, quorum Jurisdicção expiraverit, seu etiam de illis, quorum Absolutio per eosdem Iudices, aut alios fuerit ad Romanum Pontificem, & ad dictam Sanctam Sedem remissa, seu pariter de iis, qui legitimo impedimento detenti præsentiam Iudicum, vel illorum, qui eos excommunicarunt, aut suspenderunt, aut alium, seu alios adire non potuerint

rint. *Innocentius XII. in Constitut. quæ incipit Romanus, vol. 2. Decis. in additam, ad Theatr. Cardin. de Luca, pag. mihi 387.*

1692. 3. Sept. — Ita tamen quæ dicta sunt, observentur, ut prædicti à Censuris ab homine latis, seu declaratis in utroque foro, ut præfertur, absolviendi in suis congruis casibus respectivè iudicari poterint, & parti satisfecerint, vel quamprimum potuerint, alioquin in eadem Censuras reincidant, satisfaciant: Eadem verò parte oblata convenientem satisfactionem, quæ tamen in sententiis, seu Decretis individuata non sit, irrationabiliter recusante, possit major Urbis Pœnitentiarius, Iudicis, coram quo Censuram causa pendet, conscientie remittere, ut convenientem satisfactionem arbitretur, illaque per Reum oblata, & per aliam partem irrationabiliter recusata, valeat adhuc firmà remanente huiusmodi oblatione ad Absolutionem procedere. *Innocentius XII. ibidem.*
1692. 3. Sept. — Romam quoque advenientes ab omnibus pro quemcunque Iudicem, vel aliàs quomodocunque, non tamen in Romana Curia nominatim promulgatis, & in eadem Curia notoriis Censuris, ad effectum dumtaxat, ut Indulgentias, Sacra Urbis Loca piè & religiosè valentibus concessas, liberè, & licitè consequi valeant, ita ut simul ac Indulgentias præfatas consequuti fuerint, iisdem, quibus antea, censuris teneantur, absolvere, & absolvi mandare possit, & valeat dictus Major Urbis Pœnitentiarius: Quod si Censuris ab homine nominatim ligati, pro Absolutione Romam advenierint, sed pro illa obtinenda ad eorum Iudices remissi, & probabile mortis periculum in itinere pertimescunt, poterit Major Pœnitentiarius ad congruum tempus ab ipso pro huiusmodi itinere agendo arbitrandum, sub conditione, si huiusmodi periculum imminet, & cum reincidentia, si præfati idem periculum eva-

ferint, in foro Conscientiæ tantum absolvere,
& absolvi mandare. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Non tamen in ullis casibus publicis, qui in præfatis litteris in die Cœnæ Domini legi consuetis continentur, etiam si Sedes Apostolica tunc vacaret, aut Romanus Pontifex propter infirmitatem, vel aliam causam ita fuisset impeditus, ut celeriter consili non posset, Principes, & alios jus Imperii etiam Vicarii nomine habentes, ac Dominia, & Republicas, seu personas illorum, & illarum administrationem habentes, vel habere solitas, nec non Episcopos, & alios Superiores Prælatos possit dictus Major Urbis Pœnitentiarius absolvere, & absolvi mandare. Minusque possit, etiam in occultis, etiam in foro Conscientiæ tantum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & alios cujuscunque conditionis fuerint, qui vivente Romano Pontifice de quopiam eligendo, vel excludendo tractaverint, iustitiam injerint, ambitulve, aut passionem fecerint, seu Sede Apostolica vacante in Censuras, seu poenas in litteris Gregorii XV. 1621. 16. Aug. & Urbani VIII. 1625. 28. Jan. contentas quomodolibet incidere, absolvi, & absolvi mandare. *Innocentius XII. ibide m.*

1692. 3. Sept. — Nec pariter possit dictus Major Urbis Pœnitentiarius etiam in occultis in foro Conscientiæ tantum eos cujuscunque qualitatis fuerint, qui Astrologia Iudiciaria, vel alias per se, vel per alios de statu Republicæ Christianæ, sive de vita, aut morte Romani Pontificis pro tempore existentis inquirentes, Urbani VIII. Litteris 1631. 31. Mar. contra eos editis contraverint, absolvere, & absolvi mandare: Nec similiter valeat in casibus publicis, etiam in Iudicium non deductis, violata immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ ullatenus absolvere, seu absolvi mandare. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Eos tantum Hæreticos in foro

Conscientiæ dumtaxat, absque aliâ abjuracione coram Ordinario, aut Inquisitore faciendâ absolvat dictus Urbis Major Pœnitentiarius, seu mandet absolvi, qui cum nemine de suis Hæresibus loquuti sunt, & omnino sunt occulti, etiam si aliquos extrinsecos actus fecerint, ex quibus argui potuissent Hæretici, dummodo tamen ad eisdem actus, quamvis de sua natura notabiles, seu ad notitiam deducibiles, quantum ipsi sciant, & prout credunt, nullus advertit: Apostatas quoque à Fide Catholica, & Hæreticos in foro Conscientiæ dumtaxat absolvat, seu absolvi mandet in iis solum casibus, in quibus necesse non est complices denunciare, quando nimirum iidem complices mortui, seu ex regionibus palam infectis sunt, & in illis degunt, non tamen quando complices Itali, vel Hispani, seu ex illis regionibus essent, in quibus Inquisitionis Sancti Officii auctoritas viget, omni aliâ facultate ab Hæresi, vel Apostasia hujusmodi absolvendi in cæteris, præterquam in casibus S. Inquisitionis Officium ad Majorum Pœnitentiarium absolvendos remitteret, interdista.

Innocentius XII. ibidem.

1692. 3. Sept. — Munera à Regularibus contra Clementis VIII. Constitutionem editam 1594. 19. Jun. ultra valorem decem scutorum monetæ recipientes, exceptis rerum medicinalium, seu devotionis muneribus ante factam restitutionem non absolvat Major Urbis Pœnitentiarius, nec mandet absolvi: Intra verò prædictum valorem, non nisi factâ arbitrio ipsius Majoris Pœnitentiarii, seu per eum eligendi Confessarii elemosinâ, quæ in beneficium Religionis, seu Conventus, cui de jure faciendâ esset restitutio, si cautè fieri potest, erogetur, absolvat, seu mandet absolvi. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Moniales, & quascunque Personas, quæ in casibus, publicis Clausuram earundem Monialium ad malum finem violaverint, &

respective autē fuerint violare, non absolvat dictus Major Urbis Pœnitentiarius, nec mandet absolvi, nisi in casibus in quibus ipsi Episcopi, seu Ordinarii pro ipsis delinquentibus supplicaverint, & casus ad Congregationem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam deducti non fuerint: Confessarios Monialibus nullatenus concedat, & Capuccinos in illis regionibus, in quibus idem Confessionibus audiendis operam dare non solent, in Confessarios non deputet. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Super quacunq̄ Irregularitate, & inhabilitate ex quocunq̄ delicto, etiam homicidio voluntario, & ex quocunq̄ defectu proveniente, in casibus tamen occultis, & in foro Conscientiæ tantum, prævia in gravioribus casibus maturâ discussione faciendâ in Pœnitentiariæ Signatura dispensari mandare possit dictus Major Urbis Pœnitentiarius tam cum Ecclesiasticis Sæcularibus, quàm cum Laicis respectivè, cum quibus expediens videbitur, ut Ordinibus initiari, & in susceptis jam Sacris, & Presbyteratus Ordinibus ministrare, & ad superiores concendere, ac dignitates etiam Cathedrales, & Metropolitanas, ac quacunq̄ Beneficia Ecclesiastica quandocunq̄ ante dispensationem alioquin canonicè obtentas, vel obtenta retinere, nec non hujusmodi Beneficia, & dignitates (exceptis, quando agitur de homicidio voluntario, vel alio gravissimo excessu, Ecclesiis Cathedralibus, & Metropolitanis) etiam post delictum assequi valeant. *Innocentius XII. ibidem.*

1692. 3. Sept. — Cum Hæreticis, & Apostatis à Fide Catholica, quando Hæresis, & Apostasia hujusmodi nullatenus est propalata, & casus gravitas non suadet, Pœnitentes ad S. Inquisitionem remittendos esse, super quacunq̄ Irregularitate, inhabilitate, & infamia exinde contractâ, tam ad

Or.

Insula, seu Regni Sardinia, apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 25. form. 2. n. 8. ad IV. & V.

1700. 29. Apr. — Confessarii, tam Sæculares, quàm Regulares, quicumque illi sint, in vim Bullæ Cruciatæ Sanctæ à Pœnitentibus ad audiendas eorum Sacramentales Confessiones electi, nullatenus Confessiones hujusmodi audire valeant sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Diocesani loci, in quo ipsi Pœnitentes degunt, & Confessarios eligunt, vel ad excipiendas Confessiones requirunt, nec ad hoc suffragatur Approbatio semel, vel pluries ab aliis Ordinariis alicorum locorum, & Dioecesum obtenta, etiam si Pœnitentes illorum Ordinariorum, qui Confessarios electos approbassent, subditi forent: Confessiones autem aliter, & contra præsentium, aliarumque Apostolicarum Constitutionum formam deinceps faciendæ, & excipiendæ respectivè, præterquam in casu necessitatis in mortis articulo, nullæ sint, irritæ, & invalidæ, & Confessarii ipso jure sint suspensi, & etiam rigidè puniantur ab ipsis Ordinariis locorum. *Innocentius XII. in Constitut. qua incipit Cum sicut, apud Matthæucc. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 8. numer. 24.*

1700. 29. Apr. — Quacunq̄ contraria Opinio, tanquam falsa, temeraria, scandalosa, & in praxi perniciosa (præteno quovis contrario usu, contrariâque consuetudine, etiam antiquissima, minimè obstantibus) damnatur, & reprobatur, contrariusque usus, ac contraria consuetudo hujusmodi penitus, & omnino abrogatur, & aboletur: Ac proinde omnibus & singulis Christianis fidelibus interdicitur, & prohibetur, ne supradictam Opinionem docere, tuèri, aut ad praxim deducere quovis modo audeant, seu præsumant, sub pœna Excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, à qua nemo à quoquam, præterquam à Romano Pontifice, pro tempore existente, nisi in mortis articulo con-

Z situ.

fiturus, absolutionis beneficium obtinere valeat. Innocentius XII apud eundem *ibidem*. Acquisicere igitur debet Conflictiis ille celeberrimis, quem inter Doctores referunt Thomas Tamburin, *lib. 5. de Poenit. cap. 5. claus. 3. num. 13.* & iterum in *tract. de Bulla Cruc. cap. 11. ver. §. 1. num. 3.* & *seqq.* nec non Quaranta in *Sum. Bullar. verb. Confessor, pag. mihi 197.*

1700. 5. Jun. — Regulares ministrantes Laicis sicutularibus infirmis hospitalibus in eorum Conventibus Sacramenta Eucharistiæ per modum Viatici, & extrinæ Unctionis abique Episcopi, vel Parochi licentia, Censuras in *Clem. 1. de privileg. infirmitas incurrit, & possunt per Ordinarium etiam per Cedulales excommunicati declarari. Congreg. Concil. in Neapolitana, & antea in Gerunden. 1694. 13. Febr. ac etiam in Ripana 1652. 3. Febr. nec non in Cremen. 1649. 27. Febr. apud Monaccl. in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 20. n. 16.*

1700. 28. Jun. — Si Abbati sit concessa facultas iudicandi, dicuntur concessa etiam ea, quæ sunt consecutiva Jurisdictionis Ordinariæ, nempe jus excommunicandi, &c. *l. 1. §. ult. ff. de offic. epus, cui mandata est jurisd. & l. fin. ff. eod. l. aliud, §. ult. ff. de Judic. cap. Odonardus, de solut. ibique Abb. num. 1. & 2. Fagnan. in cap. licet, num. 22. vers. nam ipsi, de pen. Tamburin, de Jur. Abbat. disput. 24. questio 7. tom. 1. Barbosa ad Trident. sess. 24. cap. 2. nu. 2. aliiq. quamplur. citati à Rotæ in Nullius, seu Eulden, Jurisdictionis coram Tremoille, in additam. ad Theatr. Cardin. de Luca, dec. vol. 3. decis. 9. de Jurisdictionis, num. 30. pag. mihi 47.*

1700. 22. Dec. — Congregatio Indicis coram Clemente XI, sequentes damnavit Libros, quorum Primus: *De obligatione Conscientiæ Præfessionis decem: Editio secunda.* In Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso.

1700. 22. Dec. — Secundus: *R. P. Richardi Arsdæ Kin. S. Th. Professoris Theologia tripartita universa, com-*

complectens perfectam Bibliothecam Viri Ecclesiastici, S. Tomo primo Controversias Heterodoxas, & Scholasticas, &c. Tom. 2. Parte prima, Theologiam Speculativam, &c. Parte 2. Theologiam practicam universam, &c. Tomo 3. Apparatum practicum pro omni functione Viri Ecclesiastici, Editio posthuma, Antuerpia 1696. Tomus secundus. Tomus vero primus, donec corrigatur. In d. Indice Libror. prohibitor. novissimè Romæ impresso.

1701. 24. Mar. — Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostræ, quoscunque Husitas, Wiclefistas, Lutheranos, Zuingianos, Calvinistas, Hugonotos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana Fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios Hæreticos, quoscunque nomine censeantur, & cupiscunque Sectæ existant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoscunque illorum defensores, ac eorumdem Libros Hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate Nostræ, & Sedis Apostolicæ, scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex quavis causa publicè, vel occultè quovis ingenio, vel colore, nec non Schismaticos, & eos, qui se à Nostræ, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientiæ subtrahunt, vel recedunt. *Clemens XI. in Constit. qua incipit Pastoralis & communiter dicitur Bulla in Cœna Domini, Casu, seu §. Insuper Matthæuc, in Offic. Chr. Regular. tom. 1. cap. 4. num. 36. pag. mihi 34.*

1701. 24. Mar. — Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cupiscunque status, gradus, seu conditionis fuerint; Universitates verò, Collegia, & Capitula quocunque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus; seu mandatis Nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium, ad universa-

le futurum Concilium appellantes, nec non eos, quorum auxilio, concilio, vel favore appellatum fuerit. *Clemens XI. in d. Bulla in Cena Domini, Casu, seu §. II. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Curtarios, & Latrunculos Maritimos discurrentes Mare Nostrum, præcipuè à Monte Argentario usque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptores, & defensores. *Clemens XI. in d. Bulla in Cena Domini, Casu, seu §. III. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Item Excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcunque Navibus tempestate, seu in transversum (ut dici solet) jactatis, vel quoquo modo naufragium passis, sive in ipsis Navibus, sive ex eisdem ejecta in Mari, vel in Littore inventa, cujuscunque generis Bona, tam in Nostris Tyrreni, & Adriatici, quam in cæteris cujuscunque Maris regionibus, & Littoribus surriperint, ita ut nec ob quodcunque Privilegium, consuetudinem, aut longissimi, & immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcunque prætextum, excusari possint. *Clemens XI. in d. Bulla in Cena Domini Casu, seu §. IV. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris suis nova Pædagia, seu Gabellas, præterquam in casibus sibi à Jure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentiâ permissis, imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt. *Clemens XI. in d. Bulla in Cena Domini, Casu, seu §. V. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Fallarios Litterarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, ac Supplicationum, Gratiam vel Sultitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato

dato ejusdem Romani Pontificis signatarum; nec non falsò publicantes Litteras Apostolicas, etiam in forma Brevis, & etiam falsò signantes Supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarii, aut gerentium vices prædictorum. *Clemens XI. in d. Bulla in Cena Domini, Casu, seu §. VI. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis Hostes, & Inimicos, vel Hæreticos, per Nostras, sive hujus Sanctæ Sedis sententias expressè, & nominatim declaratos, deserunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quam aliâ quocunque materia, & ipsam materiam, aliâque hujusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant; nec non illos, qui per se, vel per alios, de rebus statum Christianæ Reipublicæ concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum, ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos, nec non Hæreticos, in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, & favorem quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscunque Privilegiis, quibusvis Personis, Principibus, Rebuspublicis per Nos, & Sedem prædictam hætenus concessis, de hujusmodi prohibitione expressim mentionem non facientibus. *Clemens XI. in d. Bulla in Cena Domini, Casu, seu §. VII. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impediētes, seu invadentes eos, qui victualia, seu alia ad usum Romanæ Curie necessaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel offerantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt per se, vel alios, cujuscunque

fuerint ordinis, præminentie, conditionis, & status, etiam Pontificali, seu Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeat dignitate. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, Casu, seu §. VIII. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, suâ, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, detinent; nec non illos omnes, qui jurisdictionem ordinariam, vel delegatam, à Nobis, vel Nostri Judicibus non habentes, illam sibi temerè vendicantes, similia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, Casu, seu §. IX. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu deprædantes Romipetas, seu Peregrinos ad Urbem causâ devotionis, seu peregrinationis accedentes, & in eâ imorantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, Casu, seu §. X. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcèrantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sediq; Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Diocæsiibus, Territoriis, Terris, seu Dominiis eicientes; nec non ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium, vel favorem. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, Casu, seu §. XI. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Item excommunicamus, & anathematizamus, omnes illos, qui per se, vel per alios, Personas Ecclesiasticas quascunq; vel Sæculares

ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorum Gestores, Advocatos, Procuratores, & Agentes, seu etiam Auditores, vel Judices super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione Causarum, vel negotiorum hujusmodi, occidunt, seu quouomodo percutiunt, bonis spoliant; seu qui per se, vel per alios directè, vel indirectè delicta hujusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cujuscunq; præminentie, & dignitatis fuerint. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, Casu, seu §. XII. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, tam Ecclesiasticos, quam Sæculares cujuscunq; dignitatis, qui prætexentes frivolam quandam Appellationem à gravamine, vel futurâ executione Litterarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, tam Gratiam, quam Iustitiam concernentium, nec non Citationum, Inhibitionum, Sequestrorum, Monitoriorum, Processuum, Executorialium, & aliorum Decretorum à Nobis, & à Sede prædictâ, seu Legatis, Nunciis, & Præsidentibus, Palatii Nostri, & Camera Apostolicæ Auditoribus, Commissariis, aliisque Iudicibus & Delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanaverint, aut aliâs ad Curias Sæculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea, instante etiam Fisci Procuratore, vel Advocato, Appellationes hujusmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, & sequestra, monitoria, & alia prædictâ capi, & teneri faciunt; quive illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine executioni demandari, aut, ne Tabellionis, & Notarii, super hujusmodi litterarum, & processuum executione, instrumenta, vel acta conficere, aut omissa Parti, cujus interest, tradere debeant,

impediunt, vel prohibent, ac etiam Partes, seu eorum Agentes, Conianguineos, Affines, Familiars, Notarios, Exequutores, & Subexequutores Litterarum, Citationum, Monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Civitatibus, Locis, & Regnis eiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per se, vel per alium, seu alios, publicè, vel occultè; quive aliàs quibuscunque Personis in genere, vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotiis prosequendis, seu Gratias, vel Litteras impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu Gratias ipsas, vel Litteras à dicta Sede impetrent, seu impetratis utantur, directè prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarios, seu Tabeliones, vel aliàs quomodolibet retinere præsumunt. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, Casu, seu §. XIII. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscunque, qui per se, vel alios, auctoritate propria, ac de facto quorumcunque exemptionum, vel aliorum Gratiarum, & Litterarum Apostolicarum prætextu, beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commissariis Nostris, aliisque Iudicibus Ecclesiasticis avocant, illorumve cursum, & audientiam, ac Personas, Capitula, Conventus, Collegia Causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Iudices interponunt; quive Partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum Citationes, vel Inhibitiones, aut aliàs Litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum, eos, contra quos tales Inhibitiones emanarunt, à Censuris, & poenis in illis contentis absolvi, per Statutum, vel aliàs, compellunt, vel executionem Litterarum, seu Executorialium, Processuum,

ac

ac Decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel suum ad id favorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad Nos informandos, ut dicunt, supplicaverint, aut supplicari fecerint, nisi Supplicationes huiusmodi coram Nobis, & Sede Apostolica legitime prosequantur; etiamsi talia committentes, fuerint Præsidentes Cancelliarum, Consiliorum, Parliamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Consilarii ordinarii, vel extraordinarii quorumcunque Principum Secularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alià quacunque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbatibus, Commendatariis, seu Vicariis fuerint. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, Casu, seu §. XIV. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Quive ex eorum prætensione officio, vel ad instantiam Partis, aut aliorum quorumcunque, Personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiarum quorumcunque coram se ad suum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Consilium, vel Parliamentum, præter Juris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, procurant directè, vel indirectè, quovis quæsito colore; nec non qui Statuta, Ordinationes, Constitutiones, Pragmaticas, seu quævis alia Decreta in genere, vel in specie, ex quavis causa, & quovis quæsito colore, ac etiam prætextu cuiusvis Consuetudinis, aut Privilegii, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinaverint, & publicaverint, vel factis, & ordinatis nisi fuerint; unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quovis modo restringitur, seu Nostris, & dictæ Sedis, ac quorumcunque Ecclesiarum Iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè præjudicatur. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, Casu, seu §. XV. apud eundem, ibidem.*

1701.

1701. 24. Mar. — Nec non qui Archiepiscopos, 1275
Episcopos, alioque Superiores, & inferiores Praelatos, & omnes alios quoscunque Iudices Ecclesiasticos Ordinarios quomodolibet hæc de causa directè, vel indirectè carcerando, vel molestando eorum Agentes, Procuratores, Familiares, nec non Consanguineos, & Affines, aut aliàs impediunt, quominus suâ Iurisdictione Ecclesiastica contra quoscunque utantur, secundùm quod Canones, & Sacre Constitutiones Ecclesiasticæ, & Decreta Conciliorum Generalium, & præsertim Tridentini, statuant; ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis Delegatorum quorumcunque Sententiàs, & Decreta, aut aliàs fori Ecclesiastici Iudicium eludent, ad Cancellarias, & alias Curias Sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata, etiam poenalia, Ordinariis, & Delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant; eos quoque, qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in eisdem. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini Casu, seu §. XVI. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Quive iurisdictiones, seu fructus, redditus, & proventus, ad nos, Sedem Apostolicam, & quascunque Ecclesiasticas Personas, ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes, usurpant. vel etiam quavis occasione, vel causâ, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressâ licentiâ lequestrant. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, casu, seu §. XVII. apud eundem, ibidem.*

1701. 25. Mar. — Quive Collectas, Decimas, 1277
Talleas, Præstantias, & alia onera Clericis, Prælati, & aliis Personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus huiusmodi,

di, absque simili Romani Pontificis speciali, & expressâ licentiâ, imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposta, etiam à spontè dantibus, & concedentibus recipiunt; nec non qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cuiuscunque sint præminentia, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alii Potentatus quicunque, etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquo modo Præsidentes, Consilarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti: Innovantes Decreta super his per Sacros Canones, tam in Lateranensi novissimè celebrato, quàm aliis Consiliis Generalibus edita, etiam cum Censuris, & poenis in eis contentis. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, casu, seu §. XVII. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscunque Magistratus, 1278
& Iudices, Notarios, Scribas, Exequutores, Sub exequutores, quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra Personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressâ hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ licentiâ, quique huiusmodi licentiam ad Personas, & Casus non expressos extendunt, vel aliàs illâ perperam abutuntur, etiam si talia committentes, fuerint Consilarii, Senatores, Præsidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, Casu, seu §. XIX. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios 1276
dire-

directè, vel indirectè sub quocunque titulo, vel colore, invadere, destruere, occupare, & detinere præsumpserint in totum, vel in partem Alam Urbanam, Regnum Siciliae, Insulas Sardiniae, & Corsicæ, Terras citra Pharus, Patri- monium Beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venusinum, Sabinensem, Marchiam Anconitanam, Massæ Treberis, Romanoliæ, Campaniæ, & Maritimas Provincias, illarumque Terras, & Loca, ac Terras specialis commissionis Arnulforum, Civitatisque Nostras, Bononiam, Casenam, Ariminum, Beneventum, Perusium, Avenionem, Civitatem Castellî, Tuder- tum, Ferrariam, Comaclum, & alias Civi- tates, Terras, & Loca, vel iura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, diste Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiecta; nec non supremam Iurisdictionem in illis Nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ competentem de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt; nec non adherentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, Casu, seu S. XX. apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Volentes, præsentis Nostros Processus, ac omnia, & quæcunque his litteris contenta, quousque alii huiusmodi Processus à Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore exi- stente, fiant, aut publicentur, durare, suosque effectus omnino sortiri. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Ceterùm à prædictis sententiis nullus per alium, quàm per Romanum Pontifi- cem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satis- faciendo cautione præstita, absolvi possit, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indulgentiarum quibuscunque Personis Ecclesiasticis Sæcularibus, & quo-

& quorumvis Ordinum, etiam Mendicatum, ac Militiarum Regularibus, etiam Episcopali, vel aliâ maiori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Domi- bus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitati- bus, Congregationibus, Hospitalibus, & Lo- cis Piis, nec non Laicis, etiam Imperiali, Regali, & aliâ mundanâ excellentiâ fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cuiusvis Concilii De- creta, verbo, litteris, aut aliâ quacunque scri- pturâ in genere, vel in specie concessorum, inno- vatorum, aut concedendorum, & innovando- rum. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Quod si fortè Aliqui contra- tenorem præsentium, talibus Excommunicatione, & Anathemate laqueatis, vel eorum alicui, Ab- solutionis beneficium impendere de facto præsum- pserint, eos Excommunicationis sententiâ inno- damus, gravibus contra eos spiritaliter, & tempo- raliter, prout expedire noverimus, proceduri. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Declarantes, & protestantes quamcunque Absolutionem, etiam solemniter per Nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos, nisi prius à præmissis cum vero proposito ulterius familia non commit- tendi destiterint; ac quoad eos, qui contra Eccle- siasticam libertatem, ut præfertur, Statuta fece- rint, nisi prius Statuta, Ordinationes, Consti- tutiones, Pragmaticas, & Decreta huiusmodi pub- licè revocaverint, & ex Archivis, seu Capitularibus locis, aut Libris, in quibus annotata re- periantur, deleri, & cassari, ac Nos de revoca- tione huiusmodi certiores fecerint, eos non com- prehendere, nec eis aliter iustitragari, quin etiam per huiusmodi Absolutionem, aut quoscunque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam

etiam per patientiam, tolerantiam Nostram, vel Successorum Nostrorum quocumque tempore continuatam, in præmissis omnibus, & singulis, ac quibuscumque juribus Sedis Apostolicæ, ac S. R. E. undecumque, & quodcumque quæritis, vel quærendis nullatenus præjudicari posse, aut debere. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, apud eundem, ibidem.*

1701. 24. Mar. — Non obstantibus Privilegiis, Indulgentiis, Indultis, & Litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus aliis, cujuscumque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præminentia fuerint, etiam si, ut præfertur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quavis Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, seu Locis à prædicta Sede, ex quavis causâ, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quavis aliâ formâ, & tenore, ac cum quibuscumque clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, concessis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdicti non possint per Litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Privilegiis, Indulgentiis, & Indultis hujusmodi, ac de Ordinibus, Locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, nec non consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, & aliis quibuslibet observantiis, scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos Nostros Processus, ac sententias, quominus includantur in eis se juvare valeant, vel tueri: quæ omnia quoad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, infererentur, præsentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus, cæterisque contrariis quibuscumque. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, apud eundem, ibidem.* 1701.

1701. 24. Mar. — Ut verò præsentibus Nostri Processus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas, Processus ipsos continentales, valvis Basilicæ S. Joannis Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, appendi faciemus, ut ita, quos Processus hujusmodi concernunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut quod ipsos ignoraverint, nullam possint executionem prætere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile, id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur: Insuper, ut Processus ipsi, & præsentibus litteræ, ac omnia, & singula in eis contenta ed fiant notoria, quò in plerisque Civitatibus, & Locis fuerint publicata, universis, & singulis Patriarchis, Primaribus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, & Prælati ubilibet constitutis, per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, ut per se, vel alium, seu alios, præsentibus litteras, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, nemel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesiis suis, dum in eis major Populi multitudo ad Divina convenerit, solemniter publicent, & ad Christianidelium mentes reducant, nuncient, & declarent. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, apud eundem, ibidem.*
1701. 24. Mar. — Cæterum Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, alique locorum Ordinarii, & Ecclesiarum Prælati, nec non Rectores, cæterique Curam Animarum exercentes, ac Presbyteri Sæculares, & quorumvis Ordinum Regulares ad audiendas peccatorum Confessiones, quavis auctoritate deputati, triumprimum præsentium litterarum penes se habeant, eaque diligenter legere, & percipere studeant. *Clemens XI. in d. Bulla in Cæna Domini, apud eundem, ibidem.* ¶ Notandum primò, quod ex ipsis verbis hujus Bullæ patet, non sufficere materialiter habere Bullam, sed